


e, 5


QVO

PACTO INGENVI

adolescentes formādī sint,
Præceptiones pauculæ,
Huldrīcho Zuin=
glio autore.

Ω νύστις Ευόδηκορον δ.η.

BASILEAE AN.

M. D. XXIII.

(Panzer VI, 241, 512).

IACOBVS CEPORINVS

candidis iuuenibus s.

Magni facient spero quāuis pusillum hoc
sibi uice muneris oblatum opusculū ado-
lescentes christiani, quod Zuinglium magnum
in Christo uirum referat autorem. Is sanè ut totus
in hoc est, quo omnes, quod nomine sumus, re ipsa
tandē fiamus, christiani, sic præcipue innocuam,
nec dum prauis mundi studijs infectā iuuentutem
nititur pertrahere ad Christū. Prōinde munusci-
lum hoc qualecunq; pijs animis cādidi ado-
lescentes excipite, hanc gratiam uni-
Christo autori relaturi, ut que in
hoc libello christiane præce-
pta oculis legitis, eadem
uita moribusq; ex-
primatis Christo
dignis.
Valete.

3

degis. Has tu diligēter, ut spero, leges, teq; in ipsas
trāfigurabis, ut alys quoq; uiuum specimen exhibe-
bas. Id faxit Christus Opt. Max. Amen. Tiguri-
Kalend. August. M. D. XXIII.

PRIMARVM PRAECE-

ptionum Aphorismi.



Nte omnia, cum nō sit humanarū uirū . I. De his
um cuiusquām pectus ad fidem unius q̄ ad dñm.
dei pertrahere, etiā si quis Pericleno
suadēdo superet, sed cœlestis tantūmo
do patris, qui nos ad se trahit, adhuc tamen iuxta
uerbū apostoli, fides ex auditione est, mō auditio
sit uerbū Christi: nō hercle, qđ ipsa uerbi prædi-
catio tātum polleat, ni spūs intus canens moneat:
Ideo uerbis purissimis instillanda est, oreq; dei us-
tatiissimis, fides: iungendæ simul preces ad eū, qui
solus fideles facit, ut quem nos docemus uerbo,
ipse adflatu suo inluminet.

Nec fortasse alienū fuerit ab instituto Christi,
si in agnitione dei etiā per uisibilia adducamus:
Puta, si uniuersam mūdi molem ante oculos aduo-
cemus, singula digito mōstrantes esse mutationi
obnoxia, sed immutatiū immotumq; esse oportere
cum, qui omnia, cum tam uaria sint, tam firma mi-
rabiliq; concordia conciliauit.

Rursus eū qui tanta solertia cuncta dispositus,

A ij

4 DE HIS QVAE AD DEVVM

ne suspicandum quidem esse, negligentem operis
sui futurum, cum inter mortales uitio uertatur, si
quis rei domesticæ parum diligens fuerit.

Hinc discet ille noster, dei prouidentiam res
omneis curatam, omnia disponentem, omnia ser-
uantem. Nam duorum passerum, qui asse parati sunt,
alter ne in terram modo nobis decidit citra eius
consilium: quæ pilos quoq; capitis nostri numeræ
uit, nihil prorsus hac cura uilescens.

Quo manifestum fit, eam nō modo quibus an-
ma, sed ea quoq; quibus corpus eget, destinare: cū
coruos uideamus tam liberaliter ab ea excipi, li-
lia uero tam splendidae uestiri.

Hactenus de diuina prouidentia recte imbuta
mens, fieri non potest, ut unquam anxia fiat, aut
sordide cupida. Quē adfectū, si in ipsa herba reci-
derimus, iā nocētissima peste mentē liberauimus.

Sciet enim deum non solummodo dominū, sed
& patrem esse omnium in se credentium, hoc est
fidētium: cupereq; ut ad se pro imploranda ope-
hāud segnius adcurramus, quam ad parētem qui
genuit, proprijsq; uerbis opem pollicitum, quod
orari nimirum amet.

Prōinde si ægritudo uel animi uel corporis ad-
fligit, medelā ab illo impetrādū, si urget hostis, si
degrauat inuidia, ad eū cōfugiēdū, si sapientiā, si
eruditōnem adfectanū, apud hunc ambiendas,

imò coniugē quoq; & liberos hinc petēdos, esse.

Res & honores si paulo uberius adfluāt, ab eo petendum, ne animum his emolliri patiatur, inq; transuersum abduci.

Quid multa? in uniuersum omnia sciet hinc esse petenda, nefasq; putabit, quicquam ab illo pere, quod ei præstare indecorum esset: pudebitq; tādem quicquam uel cupere uel habere, quod per deum non licet, & eas res unice comparabit ac reponet, quæ uere beatos reddunt.

Euangelij mysteriū hac uia capiet, statum pri mi hominis ante omnia resciet, nēpe ut is sit mortuus, postea quām præceptum dei præuari catus esset, ut suo facinore posteritatem omnem uitiarit: mortui enim uiuos generare nequeūt: nec Aethiopē uidimus unquam apud Britannos natū: unde hic noster suum quoq; morbum agnoscet.

Agnoscit hinc quoq; si sciat, ut omnia ex adfē cībus ἐκ τῶp παθῶp geramus nos, deus autē, ut sit ab eis alienissimus. Ex quo indubie sequitur, nos quoque alienissimos esse oportere, si cum deo habitare cupiemus. Ut enim innocētissimus quisq; nihil commercij cum flagitiis iūsimis habet, atque ē diuerso iustum ferre nequit iniquissimus (Nero=nes enim ut Seneca duci iubent, ita ē diuerso En nios cum Scipionibus idem tumulus tegit) sic cum deo quoq; non aliis habitabit, quām qui incedit

DE HIS Q VAE AD DEVVM

sine macula, & sanctus est quemadmodū ipse san-
ctus est, cordisq; mundicia præditus: Beati enim
mundo corde, quoniam ipsi deum uidebunt.

Tantā autē innocētiā qua ratione parabimus,
qui adfectibus impurissimis undiq; septi sumus?
Hic inter malleum & incudem positi, cū deus tan-
tam innocētiām exigat, nos aliud uitiatī præstare
nō possumus q̄ uitium, uelimus, nolimus, deo ma-
nus dare cogimur, & eius gratiæ permittere: Hic
euangelij lux oritur.

His angustijs inclusos Christus eximit, q̄ nos lō-
ge melius q̄ ullus Iuppiter seruator liberauit, cōsci-
entiam desperationi proximā ante oia erigēs, ac
mox certissima s̄p̄e sibi iunctam, felicē reddens.
Ipse enim ab omni labore quorūcūq; uiuos orū adfe-
ctuū cū sit alienissimus, de spū enim sancto conce-
ptus, exq; uirgine illibata genitus est, primū, ut li-
beraret, hāc innocētiā suā pro nobis exposuit: nā
labores & dolores nostros ipse uere tulit: pōst
eos qui hoc inconcussē credunt, beatos efficit.

Qui enim hāc liberalem condonationē credi-
derit, à deo per Christum misero mortaliū generi
præstitam, saluus erit, & cohæres Christi factus,
apud patrem in æternū lētabitur. Vult enim ille,
ut ubi ipse sit, illīc sit & minister suus.

Christi innocentia pro reis, imò damnatis ex-
posita nos absoluīt, ac deo dignos hac potissimum

APHORISMI.

fieri studet, ac ab omni prorsus iniuria manū ab
stinet, deo simillimus est. Ardua sunt hæc si uires
nostras spectes, sed credēti omnia sunt possibilia.

SECUNDARVM PRAECE

ptionum Aphorismi. *De his q̄ ad se p̄finent.*

Potest quād animus solidæ uirtuti de
stinandus per fidē recte formatus fue
rit, proximū est, ut se totū intus belle
adornet & cōponat: nā si apud se re
cte comparata sunt oīa, facile alijs recte cōsulet.

Rectius autem animū componere nō poterit,
q̄ si uerbum dei nocturna manu diurnaq; uerset:
Id autem commode faciet, si linguas, Hebraicā &
Græcā p̄be calleat, qd̄ sine altera uetus instrumen
tum, sine altera nouū pure capi difficulter possit.

Quoniā uero istos docere suscepimus, qui iam
prima rudimēta exantlarūt, latīnaq; passim apud
omnes obtinuit, deserendā omnino nō censemus:
nam & si ad sacrarū literarū intellectiōnem mī
nus faciat, quād uel Græca uel Hebraica, ad re
liquum tamen uitæ usum haud mediocriter pro
derit. Usuuenit etiam aliquando, ut apud latīnos
quoq; Christi negotiū agere cogamur. At linguis
ad quæstum abuti, id uero à Christiano homine
debet alieniſſimum esse: Sunt enim linguae diuinæ
ſpiritus donum.

DE HIS QVAE AD SE

Proxima ab ista, cui operā demus, erit græca, proprie nouum instrumentū, ut dictum est: nam, ut pace omnium dicā quod sentio, doctrinam Christi iā inde ab exordio uideo minus digne tractatam à latinis hominibus, quam à græcis. Ad fontes igitur hic noster mittendus est.

Quanq; in utraq; istud obseruādū est, ut fide innocētiāq; pectus præmunitū habeat: sunt enim haud parum multa quæ perniciose discerentur, petulantia, imperandi, belligerādiq; libido, uafri cies, inanis philosophia, & similia, quæ tamen omnia præmonita mēs instar Vlyssis intacta præterire poterit, cum scilicet ad primā uocem sic se admonuerit, hæc audis ut caueas, non ut capias. Hebraicæ ultimū hac potissimū causa damus, qđ, ut paulo ante dictū est, latina apd' oēs inoleuit, & eā opportuniſime græca sequtur, alioq; hebraicæ merito primas tribuissemus, qđ sine huius schema tis, apud græcos etiā, multis i locis sudet qſq; ger manū scripturæ sensum eruere uelit. De linguarū utilitate ad saturitatē dicere, nō est huius ppositi.

His armis ad sapientiā istā cœlestē, cui humana nulla cōparari, nedū æq; parari iure debet, irrūperre poterit, quisq; humili sitibūdaq; mēte accedit.

Quo cū irruperit, omnigenas recte uiuēdi formas inueniet, nempe Christū absolutissimū omnis virtutis exemplar: quē ubi ex dictis factisq; plane

cognoverit, ita amplectetur, ut in omni uel actio-
ne uel cōsilio, partem aliquā uirtutū ipsius exprē-
mere, quo ad humanæ tenuitati fas est, conetur.

Tempestiuē ab eo, & loqui & tacere discez-
pudebit immature de his loqui, quæ maturrimos
requirunt, quod Christū uideat anno uix tandem
tricesimo reposuisse: quis duodecimo quoq; anno
periculū sui legis peritis dederit: Quo nos exēplo
nō tam docemur cito prodire, quam à teneris res
magnas, sed deo dignas, moliri.

Nam ut fœminæ summū per omnē uitā orna-
mētū est silētiū, ita adolescētē nihil cōmēdabilio
rem facit, q; ad certū tempus silentij studiū, donec
& mens & lingua, tā seorsim q; inter se probe con-
stent. Neq; hic Pythagoricū silētiū exigimus, sed
loquēdi cupiditatē præmimus: Ac nisi tempestiuē
loquiturus sit adolescens, loqui omnino uetamus.

Eloquētiā dū apud præceptores meditatur, nō
deformabit ad horū exēplū, siqd uitij habeat: Neq;
id præcepti leuis momēti qs putet, nā ueterū quoq;
memoria pditū est, auditores quosdā nō mō linguae
præceptorū uitia, sed corporis quoq; imitatos eſe.

Vitia linguae cuiq; obuiū est cognoscere, ora-
tionis autem habitus, tum præter artificium, de
quo hic dicendi locus non est, uitiosus est, si nimis
celeriter aut tarde nimis incedat oratio, si accen-
tus sit nimis humiliſ & languens, aut uehemens

4 DE HIS QVAE AD SE

stitus nō pudeat, qui filium dei ac uirginis audiat
in præsepi uagitus suos edere, tot solummodo fa-
scijs inuolutum, quo uirguncula ad partum im-
parata secum gestabat?

Peregrinas aut nouas uestiuū figuras, q̄ quotidie
producunt, incōst.ūtissimæ, uel si id nimis est, effe-
minatæ mētis aut teneræ certissimum signū dant.
Christi non sunt. nā egenos interea frigore perire
sinūt & fame. Vnde à uestiuū luxu, tam est tempe-
randum, quām à quauis malī specie.

Amare dum incipit ad olescēs, animi sui tyro-
cinium exhibere debet: ac dum alij uiribus & ar-
mis per tumultum lacertos suos explorant, hic no-
ster omne robur huc uertet, ut se ab amoris insa-
nia tueatur, cunq; amandum prorsus esse uiderit,
caueat ne depereat, sed talem eligat ad amorem,
cuius se ferre mores in perpetuo matrimonio pos-
se cōfidat, eiq; cōgressum suū usq; ad connubium
tam illibate custodiat, ut præter hanc ex omnē
mulierum uirginum q; corona nullā nouerit.

Pecuniæ gloriæq; cupiditatē, quid hic uetare
adtinet, cum apud gentiles quoq; malū istud, ma-
le audiat? & hic noster non sit christianus futu-
rus, si ei seruiat, quæ non unū & alterū pessunde-
dit, sed florētissima regna euertit, urbes potētissi-
mas excidit, rem quācunq; publicam inuasit, fun-
ditus perdidit. Hæc ubi arcē mentis occupauerit,
nihil

nihil recte geri permittit: nocentissima pestis est,
sed heu potens: quam per solū Christum iugulabi=
mus, si assidui emulatores eius fuerimus: Is enim
quid aliud hic egit, quam huic malo mederi?

Mathematicas disciplinas, quibus Musiken
quoq; cōnumerāt, nō leuiter, tametsi pfunctorie,
attīngēdas esse putamus: ut enim cognitae magno
sunt usui, neglectae uero impedimento haud me=
diocri, ita, si q̄s in eis cōsenescat, nihil aliud emo
lumenti reportabit, quam ij, qui ne otio pereant,
deambulando subinde locum mutant.

[Palæstram nō usq; adeo damnamus, aliter tamen
pronunciaturi, si non uideremus quosdam
prædiuites constater abhorre ab eo labore, quē
communem uitā iuuat. Christiani tamen hominis
fuerit ab armis prorsus abstinere, quoad per Rei=
publicæ statum & trāquillitatēm licet: Nam deus
qui Dauid armorum rudem cōtra Goliath funda
proficisciētem uictorē reduxit, & inermes Israēlē
tas ab imminente hoste seruauit, nos etiā indubie
seruabit, aut si aliter ei uisum erit, dexteras armā
bit: ipse enim docet manus nostras ad prælium.
At si omnino statutum est palæstram quoq; expes
riri, hic unicus sit scopus, ut patriam uelimus, ac
eos quos deus iubet, tueri.

Velim itaq; cunctos, præcipue tamen eos qui
officio uerbi dei destinādi sunt, nō aliter putare,
quam quod una solaq; prisorum Maſiliensium

DE HIS Q.VAE AD ALIOS

civitate potiri queant, qui neminem in ciuium numerū censem̄bat, qui nihil artificij noscet quo uictiē pararet: hoc enim pacto fieret, ut otium omnis lasciuia seminariū exularet, & corpora nostra longe salubriora, diuturniora, robustioraq; euaderent.

P R A E C E P T I O N V M

ultimarum Aphoris̄mī.

PRINCIPIO ita secū reputabit ingenuus mens: Christus sese pro nobis exposuit, nosterq; factus est, ita & te oportet omnibus expositū esse, nō te tuum p̄tare, sed aliorum: nō enim ut nobis uiuamus natūsumus, sed ut omnibus, omnia fiamus.

Solas igitur, iustitiā, fidem, cōstantiā à teneris meditabitur, quibus Reipu. Christianæ, quibus patrīæ, quibus sigillatim omnibus sit profuturus. Lāguidæ mētes sunt, quæ hoc solummodo spectant, ut sibi tranquilla uita cōtingat, nec deo tam similes, atque eæ, quæ omnibus suo etiā cum periculo prodeſſe student.

Hic tamē prouide custodiēdū erit, ne qđ ad gloriam dei, patriæ, oīumq; utilitatē suscipitur propoſitū, à diabolo aut philautia uitietur, ut qđ aliorū gratia suscepisse uideri uolumus, ad nos tādē trahamus: multos enim uidere licet, q ab initio recta feliciter incedunt, post pauca uero à uana gloria oīum bonorū cōſiliorū peste i trāſuersum agūtus.

In secūdis & aduersis aliorū, nō aliter se geret,
 q̄ si sibi ipsi accidissent, si alijs secunda euenerint,
 sibi eueniſſe putabit, eque si aduersa. Rē etenim
 publicam unā, uelutī domum ac familiā, exiſti-
 mabit, imō unū corpus, in quo membra ita ſimul
 gaudent, mōrent, ac ſe mutuo iuuāt, ut quicquid
 uni acciderit, omnibus acciderit.

Ad hūc modū gaudebit cū gaudētib⁹, flebit cū
 flētib⁹: omnū enim euētus ſuos putabit. Adde qđ
 iuxta Senecæ uerbū cuiuis pōt cōtingere qđ cuiq̄.

Neq; hos adfectus, gaudium & mōrorem, ita
 præstandos eſſe docemus, ut uulgo mos eſt: non
 enim uolumus, ut secūdis rebus exultemus, & ad-
 uersis deſperemus, ſed poſteaq; ſine hiſ alijsq; adfe-
 ctib⁹ nunq̄ ſumus, ita, ſi ſapiamus, temperemus,
 ut à decoro nuſq̄ recedamus. Gaudebimus ergo de
 aliorum felicitate eque ac de noſtra, nec aliter
 cōtristabimur, hoc eſt, moderate omnia feremus.

Ab hiſ cōtibus quo uel promiscue uel publice
 conuenitur, quales ſunt propinquorum nuptiæ,
 & annui tum ludi tum ferie, non ſollicite arceo,
 quod Christum uideā nupiariū aliquādo partem
 non ingratiſſimam fuifſe. Magis enim nobis pro-
 batur, ſi, quod omnino fieri oportet, in publico fi-
 at, q̄ ſi in angulis aut ganeis: teſtiū enim multitu-
 do quoſdā uehemētius terret q̄ propria mens, &
 omnino deploratus erit, quē publice indecore ſe-
 gerere non puduerit.

Ex publicis congressibus semper aliquid boni auferre cōtendet, ne, quēadmodū Socrates quærebatur, semper deterior domū redeat. Observabit, si quis in publico uerecunde se gerat, & imitabitur, si contra impudenter, despiciat.

Hoc autem cum ægre qui maturim̄i sunt præstare possint, suadeo q̄ rariſime fieri potest in publicos coetus coire: & si omnino insaniā sociare oportet, mox nos ipsos repetamus: desertionī facile prætexitur causa, cui adquiescant ij qui nos bonis studijs semper intentos esse norunt.

In rebus aſperis laxis frenis adcurrere decet: hic primum postremumq; esse præclarum est, hic tendi nerui debent, considerari malum, tractari, amoueri, consilium dari.

Parentes secūdum immortalem deum summo in precio habendos esse apud infideles quoq; receptum est. His igitur ubique cedendum est. Et si quādo se nō ex sentētia Christi, quæ & nostra est, gerunt, nō est importune illis obluctandū, sed qđ dictum factūm̄ue oportet cū māsuetudine summa proponēdum: quod si recipere nolūt, potius dese=rendi sunt, quam contumelīa adſiciendi.

Iram ex calida causa nasci perhibēt Physici: cumq; hæc ætas sit calidissima, diligēter ab illa cū uēdum est, ne quicquam ex eius impulsu, uel dicimus uel agamus. Suspectum esse debet quicquid in mentem uenit, hoc adfectu feruente.

Calumniā, si deuorare præ amaritudine prorsus nō possumus, ad iudicē aut magistratū referri oportet: nam conūtium pro conūtio reddere, & contumeliā regerere in eū qui dedit, aliud nō est, quām talem fieri, qualis is est quem damnas.

Lusus cū æqualibus suo tempore permittimus, sed doctos tātum & ad corporis exercitiū utiles. Docti sunt, certare numeris, quod Arithmetice docet, aut locationibus, quod laterunculorū excursiones & cunctamina, stationes quoque & insidiae: Is enim ludus præ omnibus docet, ne qd temere suscipiatur: modus tamen interim in eo seruandus est: fuerūt enim qui posthabitisi serijs huic unihærerent. Subcisiuis tantum horis hæc obiter tractanda permittimus. Talorum tabularumq; quas cartas uocant, ludos, eis nō gerat relegamus.

Corpus exercebunt, cursus, saltus, discus, pælaestra, lucta (qua uero parcius utendum est, nam sæpe in serium abijt) lusus apud omnes ferè gentes usitati, sed apud maiores nostros, Heluetios dico, usitatissimi, & in uarios euentus utilissimi. Natationes paucis uideo esse proficuas, tametsi nonnunquam iuuet membra in flumen suspendere, piscemq; fieri: utiles tamen ad quosdam aliquando casus fuere. natauit ex Capitolio qui Camillo nunciaret miserabilem auare Romæ statum. Chloëlia membrorum remigio ad suos remeauit.

20
DE HIS QVAE AD ALIOS

Conuersatio uniuersa simul & oratio talis sit,
ut eos, quibus cum uiuimus, uiuent.

Alium si obiurgare oportet, tam cordate, tam
false, tamq; festi uiter id fiat & consulte, ut uitio-
sum propellamus, hominē autem lucrifaciamus,
arctiusq; nobis iungamus.

Veritatis studium tam cōstans & unicūm esse
oportet, ut semper tū nostrum tum aliorū sermo-
nem ita expendamus, ne quid doli uel commenti
admixtū habeat: debetq; bona mens non alia sibi
causa magis displicere, quam si uel inuitæ solūmo-
do quiddā mēdaciū excidisse deprehēderit: taceo
quanto illā deceat pudore cōfundi, si se tā leuen-
tia uanam inuenerit, ut uel ipsa cudat, uel ab alijs
cusa reddat. Veritatē enim quisq; cū proximo
loqui iubetur. Christus ueritas est, Christianū igē-
tur oportet ueritatis esse tenacissimū. Vir duplīci
animo inconstans est in omnibus uījs suis. Nihil
tuto ei committi potest, qui lingua uariat. Oratio
cordis est nūcius: prōinde si hēc fuerit uana, mē-
dax, inconstans, certissimū signū est pectus longe
peius habere. Adde qd' mēdaciū aliquādiu, sed
perpetuo latere nō potest: Vnde stultū fuerit ma-
litia domesticā latēdi spe, uel alere uel solari.

Quod de ueritatis studio diximus, in actioni-
bus cūctis obseruandum est, ne scilicet ficte quicq;
agamus, ne frons, ne oculi, alios se esse mētiantur
quam cor ipsum, actionum omniū fons, est.

Iernæ. Tibi autem utendū est (ut ille inquit) ætate,
cito pede labitur ætas, Nec bona tā sequitur, q̄ bo
na prima fuit. Christiani hominis est non de do=
gmatiſ magnifice loqui, ſed cū deo ardua ſemper
ac magna facere. Perge igitur optime adolescēs,
genus, formam, patrimonium, quæ tibi omnia ma=gnifica contigerunt, hiſce ueris ornamen=tiſ clariora reddere: minus dixi, ſola
iſta ornamenta putare, illa uero
fortunæ eſſe cognoscere,
deo Opt. Max. duce,
qui te incolu=mem seruſ.
Amen.

BASILEAE APVD IOAN= NEM BEBELIVM.